R.P. HYACINTI
DONATI, LAYNENSIS,

ORD. FRAT. PRÆDICATORUM,
SAC. THEOL. MAG. AC U.J.D.

Quondam in Generali Studio Sancti Dominici Civitatis Coſentiæ Regente, ac utriuſque Provinciæ Calabriæ Provinciali,

RERUM REGULARIUM
PRAXIS RESOLUTORIA;

IN QUATUOR TOMOS DISTRIBUTA.

IN QUIBUS OMNES ET SINGULÆ MATERIÆ, QUÆ IN REBUS Regularibus occurrere poſſunt, ſub diverſis Tractatibus ſuccinctè ac dilucidè proponuntur, reſolvuntur, ac deciduntur.

Opus nedum Prælatis Regularibus, illorumque ſubditis, Eccleſiaſticis, cæteriſque Ordinum Superioribus; verùm etiam cauſarum Patronis, omnibuſque Judicibus in utroque foro verſantibus utiliſſimum, imo maximè neceſſarium.

Accedunt duo Indices locupletiſſimi Tractatuum & Quæſtionum, Rerumque omnium notabilium.

TOMUS TERTIUS,

Cujus Tractatuum Elenchum verſa pagina indicabit,

NUNC PRIMUM IN GERMANIA PRODIT.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud HERMANNUM DEMEN, ſub ſigno Monocerotis.
ANNO M. DC. LXXV.
Permiſſu Superiorum.

Es dela Libreria del Col.o R.l dela Comp.a de Jhs de Salamanca
Diole el P.e Diego dela Fuente Hurtado
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ELENCHUS TRACTATUUM & Quæſtionum, quæ in hoc Tomo Tertio continentur.

De
- Obligatione Regularium ad propriam Regulam.
- Procurantibus officia Ordinis.
- Regularibus, promovendis ad Ordines.
- Regularibus, Confeſſariis Sæcularium.
- Regularibus, Confeſſariis Regularium.

De
- Prædicatoribus.
- Celebratione Miſſarum.
- Confraternitatibus Laicorum.
- Sepultura in communi.
- Sepultura in Ordine ad Regulares.
- Quarta Funerali.
- Variis Reſolutionibus.

INDEX TRACTATUUM

Et Quæſtionum, quæ in hoc Tomo Tertio continentur.

TRACTATUS I. De Obligatione Regularium ad propriam Regulam. fol. 1.

Quæſt. 1. Regula unde dicatur, quid ſit, & quotuplex? fol. 1.

2. *Regula S. Auguſtini, an ſit præſtantior cæteris?* ibid.

3. *Regula, an differat à ſuis Conſtitutionibus?* fol. 2.

4. *An Regula Religioſa obliget ad culpam?* ibid.

5. *Regula ad ſolam pœnam obligans, & nullatenus ad culpam, an propriè dici poſſit Lex?* ibid.

6. *Dominicanus frangens ſilentii, ſupremum ſtatuti non ſubeat, an peccet?* fol. 3.

7. *An dict. ſtatutum de non obligando ad culpam, ſemper fuerit in Ordine Prædic. & comprehendat Regulares S. Auguſtini?* ibid.

8. *An Conſtitutiones, & Ordinationes in Ordine Prædic. differant inter ſe?* fol. 4.

9. *An Fratres Prædicatores teneantur ſervare contenta in Regula, & Conſtitutionibus, ſi Prælatus eis non mandet illa ſervare?* ibid.

10. *Si Fratres Prædicatores in Adventu non ieiunent, an peccent ex Regula?* fol. 5.

11. *An Religioſus tranſgrediens ea, quæ ſunt in Regula, peccet mortaliter?* ibid.

12. *Regula conſtituta per modum præcepti, ut ſi dicat, præcipimus, mandamus, teneantur & ſimilia, an obliget ad mortale?* fol. 6.

13. *Sed quid dicendum, ſi Regula non utatur verbis præceptivis, & ordinatoriis, & in ſe expreſſam non habeat intentionem Authoris, obligat ne ad mortale?* ibid.

14. *Tranſgreſſio Regulæ non obligantis ad mortale, nec veniale peccatum, an poſſit aliunde eſſe mortalis, vel venialis?* ibid.

15. *Peccare contra Regulam ex contemptu, quid ſit?* ibid.

16. *An Religioſus, ex ſpeciali præcepto diſtincto ab aliis contentis in Regula, teneatur tendere in perfectionem charitatis?* ibid.

17. *Si Religioſus omittat ſervare Conſilia, an peccet mortaliter?* fol. 7.

18. *An Regulares peccent contra dict. obligationem tendendi ad perfectionem Charitatis, ſi ſibi proponant ſervare omnia contenta in Regula, præter ea, quæ ad nullam culpam obligant?* ibid.

19. *An Regulares teneantur progredi ad perfectionem charitatis, per omnia media, quæ ad eius acquiſitionem deſervire poſſunt?* fol. 8.

20. *An Regulares peccent mortaliter contrà obligationem currendi ad perfectionem charitatis, ſi ſervantes omnia contenta in Regula, intendant non attingere perfectionem vitæ Religioſæ?* ibid.

21. *An Regulares peccent mortaliter contra dict. obligationem tendendi ad perfectionem, ſi violantes Regulæ vota, & præcepta retineant animum acquirendi Religioſam perfectionem?* ibid.

22. *An Religioſi teneantur in vita perfectione, indies magis, ac magis proficere?* ibid.

23. *An Religioſus tranſgrediens præceptum Dei contentum in Regula, duplex peccatum mortale committat, neceſſariò aperiendum in Confeſſione Sacramentali?* fol. 9.

24. *An Religioſus, ſtando in eodem genere peccati mortalis, vel venialis, gravius peccet, quàm ſecularis?* ibid.

25. *Ignorantia Regulæ, & Præceptorum eius, an excuſet tranſgreſſores à culpa?* fol. 10.

26. *An Prælatus teneatur ſub mortali, procurare, ut Regula, & ſtatuta ſui Ordinis obligantia ad mortale, obſerventur à ſubditis?* ibid.

27. *An Prælati peccent mortaliter, ſi ſcienter permittant, ſuos ſubditos paſſim, ac frequenter violare ſtatuta accidentalia ſui Ordinis, ad nullam culpam, nec quidem venialem obligantia?* ibid.

28. *An Prælatus Regularis teneatur defectus ſubditorum inquirere, ut corrigat & emendet?* fol. 11.

29. *An ſuperior localis peccet, ſi ſine cauſa diſpenſet in Obſervantiis Regularibus, ad culpam non obligantibus?* ibid.

30. *An P. Generalis, vel Capitulum Generale, teneatur Regulam relaxatam reformare?* fol. 12.

31. *Si Regula Religionis ſit conſuetudine relaxata, an Profeſſi teneantur illam obſervare in ſuo primo rigore, vel potiùs ſecundùm conſuetudinem, quæ in tali Religione viget?* ibid.

32. *An Regula ob contrariam ſibi conſuetudinem, poſſit ex toto, vel ex parte tolli, & abrogari?* ibid.

33. *An Romanus Pontifex poſſit ſuper totam Regulam diſpenſare, aut illam tollere, & mutare?* ibid.

34. *An P. Generalis, vel eius Capitulum Generale, poſſit Regulam, ex toto, vel ex parte tollere, & mutare?* ibid.

TRACT. II. De Procurantibus Officia Ordinis. fol. 13.

Quæſt. 1. *An liceat Religioſis procurare officium Curatum ſuæ Religionis?* fol. 13.

2. *An integrum ſit Religioſis, officia ſui Ordinis, per extraneos procurare?* ibid.

Bulla Gregorii XIII. ibid.

Bulla Clementis VIII. ibid.

Bulla Pauli V. ibid.

RERUM REGULARIUM PRAXIS RESOLUTORIÆ TOMUS TERTIUS.

TRACTATUS I.

DE OBLIGATIONE REGULARIUM AD PROPRIAM REGULAM.

QUÆSTIO I.

Regula unde dicatur, quid ſit, & quotuplex?

1. REgula, teſte *Iſidoro in lib. Etymol. cap. 16.* dicta eſt, eò quòd rectè ducit, nec aliorſum nos trahit, quàm ad rectitudinem: alii dixerunt Regulam eſſe, eo quòd regat, vel quòd normam vivendi præbeat, vel pravum corrigat; prout expreſsè habetur *Can. 2. diſtinct. 3.* Alii verò dicunt, quòd Regula Religioſa eſt Conſtitutio Eccleſiaſtica, approbata à S. Papa, qua omnes actus Religioſorum dirigantur ad finem Regulæ, & ſic paucis exceptis, videtur coincidere cum diffinitione legis, quæ ſecundùm *S. Thom. 1. 2. qu. 90. art. 4. in corp. eſt ordinatio rationis ad bonum commune ab eo, qui curam communitatis habet*, de qua diffinitione plura habes *tom. 1. p. 1. tr. 1. q. 1.*

2. Dicitur *approbata à S. Papa*, quia Papa excepto, à nullo poteſt norma & modus vivendi, pro Regula approbari, *cap. ne nimia, de Religioſis Domib.* unde Religioſi à Regula appellantur Regulares, ut conſtat ex *Rubr. de Regular.* ſicut etiam olim Clerici in communi, & piè viventes, à Canone dicti ſunt Canonici Regulares. *Navar. comm. 1. de Regul. n. 2. & 3. & Covar. in Clem. furioſus, p. 1. in principio.*

3. Hæc autem Regula eſt quadruplex in Eccleſia, ordinariè tamen loquendo, utpote S. Baſilii, Auguſtini, Benedicti, de quibus fit mentio, & ſupponitur approbatio *in cap. perniciosa, 18. q. 2. ex cap. Romano ſub Innoc. II. cap. 16.* ſub quibus Regulis vivunt omnes Religiones Monachales, quas nominat *S. Ant. 3. p. ſum. tit. 24. cap. 1. §. 4.* & Regula S. Franciſci de Aſſiſio, ab Honorio III. approbata, ſub qua vivunt plures Religioſi, ut patet de Conventualibus, Capuccinis, & ſimilibus.

4. Dixi *ordinariè loquendo*, quia Carthuſiani prætendunt propria ſtatuta habere pro Regula, *Syl. ver. Religio 1. q. 7. & S. Ant. 3. p. tit. 16. cap. 1. § 8.* & PP. Jeſuitæ, ac Minimi contendunt habere propriam Regulam ab ipſorum Fundatoribus, independenter à præfatis Sanctis.

5. Quæ quippe Regulæ differunt inter ſe, non ſecundùm rationem genericam, quæ extat omnibus communis & una, ut puta tendere in perfectionem charitatis. Finis enim omnium Religionum eſt adeptio perfectionis charitatis; at ſecundùm rationem ſpecificam, hoc eſt, ex fine proximo, & objecto ſpecifico. Etenim multi ſunt modi adipiſcendi perfectionem charitatis, & ſecundùm diverſos modos, diverſæ poſſunt inſtitui Religiones, ſervatis tamen ſervandis, ut plurìes aliàs dictum eſt, & patet de Ordine Mendicantium, & Monachorum.

Quæſt. 2. Regula S. Auguſtini an ſit præſtantior cæteris?

1. AFfirmat noſter *P. Mag. Fr. Petrus Martyr. Feſtus in ſumm. Ord. p. 2. cap. 37. de modo faciendi profeſſionem*, duciturque ex multis, tum ratione exemplaris, à quo eſt deſumpta, quod eſt vita Apoſtolorum. Unde Eccleſia in ejus officio dicit, *quod capit vivere ſecundùm Regulam à Sanctis Apoſtolis conſtitutam*: tum ratione ſui authoris, nam S. P. Auguſtinus fuit authoritate Epiſcopus, vitâ Sanctus, & ſcientiâ præſtantiſſimus, quod non poteſt dici de aliis; nam alii Regularum authores, licèt fuerint Sancti, non tamen Doctores, & ſi